

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von Erfurti, 1675

XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

e dedi

npro-

li jam

cives,

r, ac

irum,

laren-

or, a

icium

vilum

uisse,

ıſdam

r, ut-

ogun.

oijure

mino

iftiga-

ensam

, &

, illia

, fic-

à fre-

men-

m,000

ibus,

com.

11 ctate

nvo-

itium

a Er

adra-

etiam

20

filio

ivium ab Electore, ut mandatarios mitteret. + Casar deci-At abstinuit à lite Cæsar, quam sine alteru- dere litem trius Electoris offensa decidere non po- differt.

terat. Hæc iterum atrocior lis excepit: † Concionator ad S. Severum verba ad po- Diffidin inpulum ambigua fecerat, quæ in Senatûs ter Senatum ignominiam à quibusdam intellecta, scili- & Clerum. cet: Dominos majores urbem prodere, caveret al üssibi communitas, à regentibus plus detrimenti reip. quam à vilioribus imminere. Senatus ab Eledorali Sigillifero, ut captum Ecclesiasten ad concionis rationes adigat, petit: periculosam rem esse, si Prædicatores ad populum factiosèloquantur, ibi rebellionem sub coloribus sanctis facilim adornari. Pacis vocem , non discordiarum concionatoribus mandatam, proinde Severianum Ecclesiasten coerceret, ut ex publica pæna publici delicti awocitas populo innotesceret. Sigillifer inquisitionem aliquam præmittendam capturæ dicit, seque pro qualitate rei secundum leges decreturum; at Senatus, cui Clerus suspectus, quod Mariani Collegii Scholaflicus exulum caput effet, moræ impatiens Concionatorem ad custodiam rapit. Clerus læsam immunitatem Ecclesiasticam queritur, & in eâ ArchiEpiscopalem Jurisdictionem, illam tot censuris, hance Senatus remitarmis quoque munitam. tente primo impetu maturius rei momentum discutit, & captivum carceri Archi-Episcopali tradit, ille posteà dimissus Romanæ Curiæ fulmen in omnes, qui con-

Doctor Bobenzahn Syndicus. \*MDXIII.

Bobenzahnium proprins impetus deficit.

S Clerinia

filio, vel ope captivitatem hane juvis fent, impetrat. Res hæc Urbis Syndico Doctori Bobenzahn, † quem ex Belgio Civitas vocaverat, ut Reip. consuleret, \* Quippe cum tribut fatalis accidit. importunius exigerentur, civis quidam stannearius impatientia motus, expilari miseram plebem, ajebat, magnos autem Doctores, uti Bobenzahnium nihil con-† Offensus hisce Doctor, addivis officinam accurrit, ac intus laborantem conviciis objurgat. Ille Syndicum, qui semetipsum jam vilem fecerat, nihil suspiciens paribus verbis petit, hic cantharos & vasastannea, quæ iste vænum exposuerat, corripiens in opificem conjicit, cum & hæc deficerent , gladium extrahit, perfenestras distractas immittit, violentam domus effractionem conatur. Indignabundi hæc cives intuebantur, Doctori, ut desistat, acclamabant: Sic Jure non experiri, sed pacem, & securitatem publicam, quæ cuique intrà parietes luos esse sancta debeat, evertere, hujus lælæ InCarthusia reum se sciret. Territus + his Doctor, quod injuriam cives communem reputarent, ad Carthusiam fugit: Ast Bobenzahnius necdum in Ecclesiæ communionem receptus erat, à quâ, sicut retuli, fuerat exclusus: Etenim literæ, quibus absoluta curia, Bobenzahnium excepe Extrahitur rant. Indignus igitur † asyli jure extractus est, & capitaliter etiam aliorum cur Dill

fugit.

m

V

ri C

n

ti

r

n

PIST

autem il coned civis

ail fuantham exnjicit,

antem

extrait, VI natur. 1', Doc Jure tatem

es fuos s lælæ ctor, eputaoben-

unioetuli, uibus cepe. extra-

> n cri ml

juvil minum accusatus. Magna cum Saxoniyndico cisministris familiaritas inquisitionem pro-Belgio movit. Subjectus quæstioni, se consilia uleret, decivitate Principibus Saxonicis tradentribun da agitasse fatetur. + Sistitur Electorali Judicio, quod secundum allegata in quaexpilari tuor partes diffecandum pronunciat. Duclus † ad supplicium è monasterio Servitarum venerabilem Eucharistiam exponisibi rogat, & per eam super innocentia sua jurat, confessionem tormentis, qui-, qui bus illegitime subjectus suisset, imputat. Verum nihil his profecit, sed permissa brevi adoratione ulterius ad supplicii locum deductus est.

Necdum hostes infestare cives, & ruricolas desiêre, auxitque timorem Electoris Urielis obitus, † at mox Alberti felix Moritur Eelectio animos restituit. Huic de Electo- lector Vriel rio sanguine novo Electori & Domino, & succedit Civitas verbosa epistola gratulatur, † si- Albertus mul intotadversis se protegi rogat : no- Brandentiores effe calamitates suas, quam ut nar- burgicus. raridebeant, sed Numen jam finem promittere, postquam in sancta Sede tantæ Civitas Alpotestatis & prudentiæ ArchiEpiscopum bertogramlocaffet, gratulari se nontam Electori de latur. Sede, quam matri, patriæ, sibi, de tanto Principe, atque huic omnia, quæ debeant, offerre, scilicet sanguinem, & bona Civium, Domini nutum expectare. Elector + obsequii promptitudinem Electorie laudat, facultates suas omnes pro incolu- Responsum.

Condemnatur ad mor-Ejus de iñocentia contestatio.